

## Werk

**Titel:** Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinv

**Jahr:** 1646

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN367611805

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

**LOG Id:** LOG\_0126

**LOG Titel:** De Caprimugo. Cap. IX.

**LOG Typ:** chapter

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN367611716

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

<sup>10</sup> Superstitiosi mali superstitiosum remedium augator Kiranides adferre, & fabulosus scriptor; si  
*vitramq. inquit, oculum hians extraxeris allegaverisq. visiq. brachio in purpureo panno, abiges omnes  
 imorem nocturnum, & Strix, quæ nocet infantes, & parvulus insidiatur, & omni æmone fugiet.*

## DE CAPRIMVLGO. Cap. IX.

**C**aprimulgum, etsi specie à reliquis admodum differat, non temerè tamen nocturnis ac  
 censumus Hoc enim cum illis commune habet, quòd interdiu parum clarè, aut ferè  
 nihil videat. quæ res in nocturnis præcipuè considerationis est, & quòd potissimas  
 suas actiones, vt volatû, rapinam, caprarum fuctum, haud secus atque illæ, nocte exercet. Natu  
 ra vero & forma reliquis nocturnis dissimilimus, & Cuculo, quàm Noctuæ similior, vltimum  
<sup>30</sup> inter has locum meretur.

## Æ Q V I V O C A.

**D**iuersa ab hac avis est Aegithalus, quam Latine Parum dicimus. Aliqui tamen nomi  
 nis vicinitate decepti, cum Aegothela, eum, id est, cum Caprimulgo confundunt. *Aegitha  
 lus Parus*  
 Nam à Aristophanis Scholiastes, *Aegithalus*, inquit, *Accipitris species est*, & rationem  
 a *Inanis*  
 nominis, quæ Aegotelæ conuenit, subiungit. *bus.*

## S Y N O N I M A.

**C**aprimulgus Græcè *Αγροβίλις, πασι από τῆς αἰγός τεθηλακίσται*, quòd capram fugat Apud  
 Latinos similiter Caprimulgi nomē à mulgēdis capris inuenit. Noctrates eum Cal-  
 cabotto indignant, forta sè quòd bufones, quos bottos vocant, calcare seu concu-  
 care, aut pedibus prehendere, & subigere soleat. a Bellonius eam auem purat, quam Galli Fre-  
 saye vel Effraye nuncupant, quam rectè, ignoro. Alibi Aluconis quondam speciem pro Gallo-  
 rum Frefaye, siue Effraye exhibet, neq. vnicò, aut simplici errore, cum iam ex eadē Caprimul-  
 gum, & antea Strigem fecerit, atq. ita ex triplici auum genere vnum componit. Quantum enim  
 Strix à Caprimulgo differat, vtriusq. descriptio demonstrat. Normanni, alitem eam nocturnam  
 Frefaiam videntur vocare, quam nos capite de Strige depinximus. Videtur tamen post erro-  
 rem suum Bellonius agnouisse Caprimulgû, cum visum eum a se in Creta veris suis notis de-  
 pingat, & genuinā eius ad Ornithologum conem aliquando miserit. Verùm non debebat ver-  
 naculas sãtem voces ignorare. Si enim verum erat priorem illā nocturnam, quæ Aluconis vi-  
<sup>40</sup> detur species, à Gallis suis Frefaye siue Effraye appellari, quomodo, inquit alibi, verum Ca-  
 primulgum in Creta, qui Cuculo similis est, eisdem ob horribilem vocem eodem nomine veni-  
 re? At fieri potest, vt similis vtriusq. vox ipsis imposuerit. Germani nomen Caprimulgo pro-  
 prium non habere videntur, forsan quòd hæc avis apud eos aut raris inuentu, aut nulla sit. Tur-  
 nerus tamen ex vetuli cuiusdam opilonis Heluetai relatu Paphos eos, id est, sacerdotis lin-  
 gua sua vocari autumat. Verùm ridiculi nominis quænam ratio assignari possit, non video.


## D E S C R I P T I O.

**C**aprimulgus (inquit à Aristoteles) *avis mōiana est magnitudine paulò maior, quàm Mera-  
 la, minor, quàm Cuculus.* b Plinius *grandioris Merula aspectu esse tradit.* c Bellonius tam  
 colore, quàm magnitudine fermè Cuculum eum representare etiam affirmat. Hic, cu  
 ius nos imaginem exhibemus, vndiq. quæ nullis reclamantibus notis, illi, quem Aristoteles, &  
 Plinius describunt, responderet. Est enim non tantùm reuera Cuculo paulò minor, sed, præterea  
 ita illi similis, vt Cuculum iures, nisi inuitata pedum, crurumq. exilitas & breuitas, & diuersa cō-  
 structio obstaret. Ab extremo rostro ad vitimam caudam dodrantem, & pollucem longus est.  
 Rostro perquam exiguo, si reliquo corpori & capiti compares, vix Passerino maiore, nigro, ni-  
 hil aut modicum adunco, plumulis gracillimis, tanquam pilis quibusdam supernè ad nares, & in  
 fernè sub mento ceu barbula. Caput vertice longo est, ac compresso. Oculi grandes admodum  
 fernè sub mento ceu barbula. Caput vertice longo est, ac compresso. Oculi grandes admodum  
 itis, pupilla prosum nigra rarissimo exemplo, nisi id ob ætatem, quæ tenerior fuisse videtur, ac  
 cidat, vt in Colūbis Accipitribusue fieri videmus, quorum oculi primùm nigerrimi toti, ætate



10 *in* crecente paulatim nigro, glauco, aliouè distinguuntur. Quæ totum corpus vestiūt plumæ, medio iuxta calami ductum vtrinq. nigræ, extremo apice albæ, cætera leucophææ sunt, quare Accipitrina species præferre videtur. Remiges alarum tantum nigræ, maculis subluteis interstinctæ. Tegetes in primo, aut altero ordine per transversas alas maculam albam ducunt. Gula, pectus, venterq. tota ferrugineo colore diluto & notulis seu lineolis fuscis haud continuis, transversis, vti in Accipitribus quibusdam resparguntur. Cauda perinde atq. Accipitribus, & nocturnis nonnullis rapacibus, pari ex intervallo, nunc nigris, nunc ferrugineis maculis vicissim exornata, quam remiges longissimæ binum, aut ternorum ferè digitorum spatio superant. Femora, cruscula, & pediculi ad eò exigua, tenuia, breuia, vti nullam equidem notam etiam ex minoribus, cui hæc omnia minora sunt, una excepta Hyrundine apode, non quòd pedes non habeat, sed quòd admodum exiguos. *A* Aristoteli sic dicta. Color tibiarum, & pedunculorū ferrugineus est. Digni terni antè, retrò, vnicuique, contra atq. in Cuculo, cui vtrinq. bini, vti Picis. Pfectis, & nocturnis non auritis. Quod *E* Isidorus magoam esse Aegorhelam tradit, absolute verū nō est, nisi comparatione ad minores auiculas, vti Passeres, & similes. At minimè nihil est, quod rostro cum lato esse dicat, quòd tamen non de rostellato ipso, quod exiguum, si cætero corpori conferas, & vix Passerino maius habet, sed de oris hiatus intelligendū est, quem, reuera in maximam amplitudinem, diducit. Ornithologus in appendice sua, quam post edidit, pulcherrimā hanc iconē pro Caprimulgo exhibet, nostræ in eo potissimum dissimilem, quòd rostrū adūcum habeat, & tibias plenis obuestras, Verū nūm Caprimulguis sit, mihi minimè constar,

*d* Hi. I. c. 1  
*c* 12. Orig.  
*cap* 7.



V I S V S.

**C**APRIMVLGVM *a* Plinius absolute visu carere interdū tradit, & nocturnum furem *a* L. 10. c. 40. vocat. *b* Aristoteles non omninò visione priuat, sed clara tantum, cum inquit. *P* 2. 40. rum clarè interdū videt, sed noctū perspicax est. Vnde tunc ad furta sua committenda actor, & promptior est. *b* 9. Hi. 30.

## V O X.

a L. 2. de  
auib. c. 5.

**P**etrus Bellonius Caprimulgos afferit à ſe in Creta viſos, noctù per vrbes volitantes, clamore ad eò horribili, vt etiam audientibus pauorem incuriant. Is fortè non abſimilis erat querulæ Bubonum aut Vularum voci. Vnde Gallos ſuos Frefayos, ſiue Effriayas eſſe iudicaſſe ait, quæ vel ipſomet authore auis nocturnæ ſpecies ſunt, & quantum figura, & deſcriptio earum docent, ex Aluconum genere, & Vluja flammeata Ornithologo.

## L O C V S.

29. b. c. 30

**A**vis, inquit à Ariſtoteles, montana eſt. Vetus eiufdem interpres, vt quidam citant, e-  
tram inter lapides cum degere interdiu ait; Bellonius nidificare inter rupes montiù  
circa mare in Creta teſtatur. Cùm enim illic capras ſuas in montibus incolæ paſcãt,  
& ne nocte quidem ſtabulorum ſeptis includant, itaq. paratum ſemper, & vicinum habent la-  
cis caprilli pabulum. Et quem nos delineatum damus in montanis agri Bononiensis natum af-  
ferebant ruſtici, & in ſtabulo caprino captum. Romæ eos ſæpè à paſtoribus deprehendi Pe-  
trus Gyllius retulit. Iſidorus, & Albertus Aegothelan auem peregrinam faciunt, quæ in Orien-  
te reperitur, ſibi nempè incognitam. Ego equidem aut in Gallia, aut Germania eam vix inue-  
niri credo.

## G E N E R A T I O.

29. b. c. 30

**A**Egothelas (authore à Ariſtotele) parit oua duo, aut tria cùm plurima. Nidulari nonnun-  
quam humi perhibetur, in quo oua Columbinis paria, vt plurimùm bina, ipſe fouet, ſe-  
cus ac adulter Cuculus.

## V I C T V S.

**P**linius fures nocturnos Caprimulgos vocat, quia, vt idem inquit, *Inſtant paſtorum ſtabula,*  
*caprarumq. vberibus aduolant, propter ſuctum lactis, qua iniuria vber emoriſur caprisq. cœci-*  
*tas, quas ita mulſere, oboriſur.* Quinimò non ſolùm excæcari capras, a reſcentibus vberi-  
bus, ſed & ipſas extingui, quorundam opinio eſt. In Creta uerò alijsq. regionibus, vbi moris  
non eſt pecus ſtabulis noctù includere, capras etiam in montibus, quibus, & ipſi hac de cauſa  
gaudent, de nocte emulgent.

## Finis Libri Octauī.

